

V. Memor esto congregati6nis tuæ.
R. Quam possedisti ab initio.
V. D6minus cust6diat intr6itum tuum, et 6xitum tuum.
R. Ex hoc nunc, et usque in s6culum.
V. D6minus cust6diat te ab omni malo.
R. Cust6diat 6nimam tuam D6minus.
V. D6mine Deus virtutum conv6rte nos.
R. Et ost6nde faci6m tuam, et salvi 6rimus.
V. D6mine exa6udi orati6nem meam.
R. Et clamor meus ad te v6niat.
V. D6minus vobiscum. **R.** Et cum sp6ritu tuo.

Or6mus.

Conc6de, qu6sumus omnipotens Deus, aff6ctui nostro tuæ miserati6nis effectum: et hunc f6mulum tuum, quem ad r6gimen animarum eligimus, gr6tiæ tuæ dono pros6quere; ut, te largi6nte, cum ipsa tibi nostra electi6ne placeamus. Per Christum D6minum nostrum. **R.** Amen.

Or6mus.

Cunct6rum bon6rum institutor Deus, qui per M6ysen f6mulum tuum, ad gubernandas Eccl6sias pr6p6sitos instituisti, tibi supplices f6ndimus preces, teque dev6tis m6ntibus exor6mus; ut hunc f6mulum tuum, quem communis electi6 famul6rum tu6rum Abb6tem 6vium tuarum esse constituit, protectionis tuæ gr6tia munire dign6ris; sicque r6gere s6bditas, commendatasque oves conc6das, ut cum illis 6mnibus regna c6l6rum adipiscatur, quatenus te D6mine opitulante, Apost6licis j6giter fultus doctrinis, centesimo cum fructu lætus intr6eat portas paradisi; atque a te D6mine collaudante audire mereatur: Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium D6mini tui. Quod ipse prestare dign6ris, qui vivis, et regnas Deus.

Tum surgit Electus, et ante Pontificem genuflectit, et Pontifex extensis manibus ante pectus, dicit:

Per 6mnia s6cula s6cul6rum. **R.** Amen.

V. D6minus vobiscum. **R.** Et cum sp6ritu tuo.

V. Sursum corda. **R.** Hab6mus ad D6minum.

V. Gr6tias ag6mus D6mino Deo nostro. **R.** Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gr6tias agere: D6mine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus, affluentem sp6ritum tuæ bene ✠ dictionis super hunc f6mulum tuum, nobis orantibus, prop6tius infunde.

Hic Pontifex imponit ambas manus extensas, digitis non disjunctis, super caput Electi; et eas sic tenet dicens:

Ut qui per nostræ manus impositionem h6die Abbas constituitur, sanctifi ✠ catione tua dignus, a te electus perm6neat; et numquam postmodum a tua gr6tia separ6tur indignus.

Hic Pontifex amovet manus de capite Electi, ac eas ante pectus extensas tenens, dicit:

Suscipiat, te D6mine largi6nte, h6die in bono 6pere perseverantiam, in adversis constantiam, in tribulationibus tolerantiam, in jejuniis desiderium, in impietatibus misericordiam, in humilitate principatum, in sup6rbia 6dium, in fide dilectionem, in doctrina pervigilantiam, in castitate contin6ntiam, in luxuria abstin6ntiam, in varietatibus moderati6nem, in m6ribus doctrinam. Te tribuente, D6mine, talis in hoc minist6rio perseveret, qualis Levita electus ab Ap6stolis sanctus St6phanus m6ruit perdurare. Totam ab hac die mundanam conversati6nem despiciat; tua D6mine bene ✠ dictione largi6nte, cont6mnat præsenti6, diligit c6lestia, desideret sempiterna. Sit ex6mplum et forma justitiæ, ad gubernandam regendamque Eccl6siam tuam fideliter; ut specul6tor id6neus inter suos coll6gas semper efficiatur. Sit magni consilii, ind6stria censuræ, et efficacia disciplinæ. Ita, te D6mine tribuente, in 6mnibus mandatis tuis sine reprehensi6ne tibi mundo corde s6rviens, ut ad bravium sup6rnæ vocati6nis, multiplicato f6nore, cum centesimo fructu, coronaque justitiæ, ad c6lestium thesaur6rum dona tua perveniat.

Quod sequitur dicit submissa voce legendo, ita tamen, quod a circumstantibus intelligi possit.

Præstante D6mino nostro Jesu Christo, qui cum Patre, et Sp6ritu sancto vivit et regnat Deus, per 6mnia s6cula s6cul6rum. **R.** Amen.

Deinde dicit:

Or6mus.

Deus, cui omnis potestas, et dignitas famulatur, da huic f6mulo tuo prosperum suæ dignitatis effectum, in qua semper te timeat, tibi que j6giter placere cont6ndat. Per Christum D6minum nostrum. **R.** Amen.

Or6mus.

Omnium, D6mine, fons bon6rum, justor6rumque provectuum munerator, tribue qu6sumus huic f6mulo tuo ad6ptam bene gerere dignitatem: et a te sibi prestitam bonis op6ribus comprobare. Per Christum D6minum nostrum. **R.** Amen.

Or6mus.

Exaudi D6mine, preces nostras, quas in conspectu tuæ majestatis super hunc f6mulum tuum f6ndimus, qui vice tui n6minis ad gubernati6nem 6vium tuarum statuitur; ut eum respicere, et interveni6nte beato **N.** bene ✠ dicere dign6ris; et qui ad redempti6nem, et protectionem nostram de c6elo descendisti, et mundo te verum, et summum Pastorem exhibuisti, dicens: Ego sum pastor bonus;

te invocamus, te suppliciter deprecamur, ut huic famulo tuo, quem pastoralis officii culmen subire voluisti, tua bonitas adsit, et bene ✠ dictio, omnibus diebus vite sue. Protege eum, Domine, et defende ab omnibus visibilium et invisibilium adversitatibus inimicorum; dirige gressus ejus in viam pacis, et justitiae; et largire tuarum dona virtutum, justitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiam, caritatem, sobrietatem, patientiam, longanimitatem, constantiam insuperabilem, fidem non fictam, spem inconcussam, mentem devotam, humilitatem perfectam, intelligentiam rectam, benignitatem, modestiam, unanimitatem, pacem, concordiam, castitatem, abstinenciam, vigilantiam, discretionem, rectitudinem, scientiam, pietatem, consilium et in cunctis actibus bonis inviolatam perseverantiam. Aufer, Domine Jesu Christe, ab eo, quidquid pravum, et distortum est, quidquid salutis contrarium, quidquid animae nocivum; superbiam, jactantiam, vanam gloriam, elationem, et quidquid ad ultimum tibi displicens esse potest. Circumda eum interiorius, et exteriorius tuae protectionis auxilio; ut te defensore, sit tutus; te protegente, securus; te docente, sciens. Ostende ei viam, per quam ambulet; tribue ei thesaurum sapientiae, ut sciat, et habeat unde nova et vetera proferat. Fac eum in omnibus tua sequi vestigia et de sua ministracione gaudium bonum adipisci; ut post hujus saeculi excursum, cum ante tribunal tuum venerit, cum multiplici fructu animarum, illud ei praemium largiaris cum omnibus, quos tibi praesentabit, quod fidelibus dispensatoribus tuis, pro tuo nomine laborantibus in terris, te promisisti daturum esse in caelis: Qui cum Patre, et Spiritu sancto vivis, et regnas Deus in saecula saeculorum. **R.** Amen.

Postea sedens Pontifex, accepta mitra, dat ei ambabus manibus tangenti, et recipienti regulam, dicens:

Accipe regulam a sanctis Patribus traditam ad regendum, custodiendumque gregem tibi a Deo creditum, quantum Deus ipse te confortaverit, et fragilitas humana permiserit. Accipe gregis Domini paternam providentiam, et animarum procuracionem, et per divinae legis incedendo praecpta, sis ei dux ad caelestis hereditatis pasqua, adjuvante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit, et regnat Deus in saecula saeculorum. **R.** Amen.

Deinde, deposita mitra, surgit Pontifex, et stans benedicit baculum pastoralem, si non sit benedictus, dicens:

Orémus.

Sustentator imbecillitatis humanae, Deus, bene ✠ dic baculum istum: et quod in eo exteriorius designatur, interiorius in moribus hujus famuli tui, propitiacionis tuae clementia operetur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde aspergit illum aqua benedicta. Tum sedens accipit mitram: et stans tradit baculum Abbati coram se genuflexo ambabus manibus illum capienti, dicens:

Accipe baculum Pastoralis officii, quem praeferas catervae tibi commissae: ut sis in corrigendis vitiis pie saviens; et cum iratus fueris, misericordiae memor eris.

Deinde, deposita mitra, surgit Pontifex, et benedicit anulum, si non sit benedictus, dicens:

Orémus.

Creator, et conservator humani generis, dator gratiae spiritualis, largitor aeternae salutis; tu Domine, emitte bene ✠ dictionem tuam super hunc anulum; ut quicumque hoc sacrosanctae fidei signo insignitus incesserit, in virtute caelestis defensionis, ad aeternam sibi proficiat salutem. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Post haec aspergit anulum aqua benedicta; sedet cum mitra, et anulum in digitum annularem dexterae manus Abbatis immittit, dicens:

Accipe anulum, fidei scilicet signaculum; quatenus sponsam Dei, sanctam videlicet Ecclesiam, intemerata fide ornatus, illibate custodias.

Tum, deposita mitra, surgit Pontifex, et stans versus ad illum coram se genuflexum, dicit:

Orémus.

Te, omnipotens et piissime Domine, deprecamur, hunc famulum tuum propitius intueri: ut, gratia tua auxiliante, in sua, subjectorumque conversacione praecpta sanctae regulae efficaciter studeat adimplere, ut una cum commisso sibi grege perpetua potiatur beatitudine. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

His expeditis, Pontifex accipit Abbatem ad osculum pacis. Idem facient Assistentes. Tum surgens Pontifex accedit ad altare, si Missa legitur: si vero cantatur, accedit ad sedem suam, vel ad faldistorium, et ibi prosequitur Missam usque ad Offertorium inclusive.

Abbas autem redit cum Assistentibus ad capellam suam, et ibi in altari suo similiter Missam prosequitur usque ad Offertorium inclusive; quo dicto, Pontifex sedet ante altare in faldistorio cum mitra, et Abbas ante eum medius inter Assistentes reducit, et coram eo genuflexus, offert ei duo intortitia accensa, duos panes, et duo barilia vino plena, et Pontificis praedicta recipientis manum reverenter osculatur; deinde surgit Abbas; Pontifex vero lavat manus, et accedit ad altare, ac prosequitur Missam; Abbas vero ante scabellum, super quod coram se habeat Missale in loco convenienti, medius inter Assistentes suos genuflexus, legit totam Missam, exceptis verbis consecrationis, quae non proferet.

Pro Abbate benedicto, cum Secreta diei sub uno Per Dominum, per Pontificem dicitur

Secreta.

Munera nostra, quaesumus Domine, suscipe placatus: et hunc famulum tuum semper, et ubique misericorditer protege. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Per Abbatem dicitur:

Secreta.

Múnera, quæsumus Dómine, súscipe placátus, et me fámulum tuum semper, et ubique misericórditer prótege. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Dicta Oratione, Dómine Jesu Christe, qui, etc. per Pontificem, et Abbatem, Abbas accedit ad altare, ad dexteram Pontificis, et ambo osculantur altare. Tum Pontifex dat pacem Abbati, dicens: Pax tecum.

Cui Abbas respondet: Et cum spíritu tuo.

Et redit ad suum scabellum, et dat pacem Assistentibus suis, primum superiori, tum alteri, singulis dicens: Pax tecum.

Et illi respondent: Et cum spíritu tuo.

Deinde postquam Pontifex se de Corpore, et Sanguine (quem totum sumere debet) communicaverit, et antequam se purificet, communicat Abbatem genuflexum de Corpore tantum. Tum Pontifex, accepta mitra, lavat manus; et proseguitur Missam usque ad finem. Abbas etiam in scabello suo Missam perficit.

Postcommunio, quæ dicitur sub uno Per Dóminum. cum Postcommunione diei per Pontificem.

Postcommunio.

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crimine: et hunc fámulum tuum benígna pietáte consérvet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Per Abbatem dicitur:

Postcommunio.

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crimine: et me fámulum tuum benígna pietáte consérvet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Pontifex in fine dat benedictionem solemnem; qua data, si Abbas est de mitra, reponitur faldistorium ante medium altaris, et Pontifex cum mitra in eo sedet. Abbas vero biretum in capite tenens coram eo genuflectit. Tunc Pontifex, deposita mitra, surgit, et benedicit mitram, si non sit benedicta, dicens:

Orémus.

Dómine Deus, Pater omnipotens, cujus præclára bónitas est, et virtus imménsa, a quo omne datum óptimum, et omne donum perféctum, totiúsque decóris ornáméntum, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare dignare hanc mitram hujus fámuli tui Abbátis cápiti imponendam. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Et mox eam aspergit aqua benedicta, deinde sedens cum mitra, imponit eam capiti Abbatis, dicens:

Imponimus, Dómine, cápiti hujus fámuli tui Abbátis, gáleam municiónis, et salutis; quatenus decoráta fácie, et armáto cápite córnibus utriúsque Testaméti, terríbilis appareat adversáriis veri-

tatis: et, te ei largiente grátiam, impugnátor eórum robústus existat, qui Móysi fámuli tui fáciem ex tui sermónis consórtio decorátam, lucidíssimis tuæ claritátis, ac veritátis córnibus insignísti, et cápiti Aaron Pontificis tui tiáram impóni jussísti. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Deinde, si chirothecæ non sint benedictæ, surgit Pontifex, mitra deposita, et eas benedicit, dicens:

Orémus.

Omni-potens creátor, qui hómini ad imáginem tuam cóndito, manus discretiónem insignítas, tamquam órganum intelligéntiæ, ad recte operándum dedísti, quas servári mundas præcepísti, ut in eis ánima digne portarétur, et tua in eis digne consecraréntur mystéria: bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare dignare mánuum hæc teguménta; ut quicumque ministrórum tuórum sacrórum Pontificum his veláre manus suas cum humilitáte volúerit, tam cordis, quam óperis ei mundítiam, tua misericórdia subministret. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Amen.

Et aspergit eas aqua benedicta. Deinde, accepta mitra, sedet et imponit illas manibus Abbatis, extracto prius illi annulo Pontificali, dicens:

Circúm-da, Dómine, manus hujus ministri tui mundítia novi hóminis, qui de cælo descéndit, ut quemádmodum Jacob diléctus tuus, pelliculis hædórum opértis má nibus, patérnam benedictionem, obláto patri cibo, potúque gratíssimo, impetrávit, sic et iste, obláto per manus suas hóstia salutári, grátia tuæ benedictionem impetráre mereátur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui in similitudinem carnis peccáti tibi pro nobis obtulit semetípsum. **R.** Amen.

Et statim imponit ei annulum. Si Abbas non sit de mitra, omnia, quæ post benedictionem, finita Missa, per Pontificem datam, posita sunt, prætermittuntur. Tum Pontifex mitram in capite tenens, campanis pulsantibus, si sit in monasterio Abbatis, ducit illum etiam mitram in capite tenentem, si sit de mitra, ad chorum; et statuens eum in sede prædecessoris sui, et dans ei baculum Pastoralem in manu sinistra, dicit:

Accipe plenam, et líberam potestátem regéndi hoc monastérium, et congregatió nem ejus, et ómnia quæ ad illius régimen intérius et extérius, spirituáliter et temporáliter pertinére noscúntur.

Si vero benedictio fit extra monasterium suum, Pontifex statuit illum in faldistorio, quo ipse usus est, ante medium altaris posito, dicens:

Sta in justítia et sanctitáte, et tene locum a Deo tibi delegátum, potens est enim Deus, ut aúgeat tibi grátiam suam.

Et Abbas, si non sit de mitra, biretum sibi ipsi reponit. Deinde Pontifex stans a dexteris Abbatis, versus ad altare, mitra deposita, incipit Hymnum, schola, vel clericis prosequentibus:

Te Deum laudámus. pag. 50.

Et manet sine mitra apud sedem usque ad finem Hymni.

Dicto primo Versu, surgit Abbas, si sit de mitra, et circuiens per Ecclesiam, associatus a suis Assistentibus cum mitris, benedicit populo: rediens ad

sedem, seu faldistorium, in quo sedet, et si sit in suo monasterio, recipit omnes monachos suos ad manus, et oris osculum, qui tamen omnes prius ei reverentiam exhibeant. Si vero non sit de mitra, manet sedens in sede, seu faldistorio, cooperto capite a principio Hymni prædicti usque ad illius finem et recipit omnes monachos suos ad osculum, ut supra. Finito Hymno, Pontifex stans sine mitra, a dextris Abbatis cum mitra, si sit de mitra, alioquin cum bireto, sedentis, dicit super eum:

V. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
R. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.
V. Salvum fac servum tuum Dómine.
R. Deus meus sperántem in te.
V. Esto ei Dómine turris fortitudinis. **R.** A fácie inimíci.
V. Nihil proficiat inimícus in eo.
R. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
V. Dómine exaúdi oratióem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi, Dómine, preces nostras, et super hunc fámulum tuum spíritum tuæ bene ✠ dictionis emítte: ut cœlesti múnere ditátus, et tuæ majestátis grátiam possit acquirere, et bene vivéndi áliis exémpulum præbere. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus sancti Deus, per ómnia sœcula sœculórum. **R.** Amen.

His dictis, Pontifex, accepta mitra, vadit ad cornu Evangelii altaris, apud quem stant Assistentes cum mitris. Abbas vero, si sit de mitra, surgit cum mitra, et baculo Pastoralis, et accedens ante medium altaris, populo solemniter benedicit, dicens: **Sit nomen, etc.**

Postea accedit ad cornu Epistolæ altaris et ibidem cum mitra, et baculo genuflexus, versus ad Pontificem, dicit cantando:

• Ad multos annos.

Si vero non sit de mitra, omitta benedictione, dicit: Ad multos annos, ut supra dictum est: quo dicto, Pontifex recipit eum surgentem ad osculum pacis. Idem faciunt Assistentes, qui deinde Abbatem, Evangelium sancti Joannis, in principio erat Verbum, etc. dicentem, inter se medium ad ejus capellam redeunt cum mitra, si ea utitur, et baculo pastoralis incedentem. Pontifex vero pacis osculo, ut præmittitur, Abbati dato, dicit submissa voce:

Dóminus vobíscum.

Inítium sancti Evangelii secundum Joánnem. etc.

Signat altare, et se: et apud sedem, vel faldistorium deponit sacras vestes. Quibus depositis, Abbas Pontifici, et Assistentibus, pro more, gratias agit: et vadunt in pace omnes.

DE BENEDICTIONE ABBATIS

Auctoritate Ordinarii.

Benedicendus Abbas, si non sit provisu a Sede apostolica, sed per Ordinarium suum, aut ejus auctoritate benedicitur, die statuto pro ejus benedictione, ordinantur omnia, quæ supra in benedictione Abbatis auctoritate apostolica posita sunt. Deinde Pontifex accipit omnia Pontificalia paramenta, et sedet cum mitra in faldistorio, ante medium altaris præparato. Electus vero in sua capella indutus amictu, alba, cingulo, stola, pluviali, ac sandaliis, si illis ex privilegio uti possit, et Missa legenda sit, ducitur medius inter duos Abbates assistentes, superpelliceo, stola, pluviali, et mitra indutus, si sint ad hoc privilegiati, coram Pontifice; cui facta reverentia debita, Electus prosternit se in terram ante medium altaris; et Pontifex, deposita mitra, surgit, et incipit, schola prosequente, Antiphonam:

Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, a templo sancto tuo quod est in Jerúsalem.

Qua finita, incipit, et dicit cum Assistentibus usque ad finem Psalmum sequentem; quo incepto, sedet cum mitra.

Psalmus 67.

Exsurgat Deus, et dissipentur inimici ejus: * et fugiant qui odérunt eum, a fácie ejus.

Sicut déficit fumus, deficiant: * sicut fluit cera a fácie ignis, sic pereant peccatóres a fácie Dei.

Et justí epulentur, et exsultent in conspéctu Dei: * et delectentur in lætítia.

Cantáte Deo, psalmum dicite nómini ejus: * iter fácite ei, qui ascéndit super occásum: Dóminus nomen illi.

Exsultáte in conspéctu ejus, * turbabuntur a fácie ejus: patris orphanórum, et júdicis viduárum.

Deus in loco sancto suo: * Deus qui inhabitáre facit unius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitúdine, * similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepúlchris.

Deus cum egredereris in conspéctu pópuli tui: * cum pertransires in deserto.

Terra mota est, étenim cœli di-

stillaverunt a fácie Dei Sínei, * a fácie Dei Israél.

Plúviam voluntáriam segregábis Deus hæreditáti tuæ: * et infirmáta est, tu vero perfecísti eam.

Animália tua habitábunt in ea: * parásti in dulcédine tua pauperi Deus.

Dóminus dabit verbum evangelizántibus: * virtúte multa.

Rex virtútum dilécti dilécti: * et speciéi domus dividere spólia.

Si dormiátis inter médiis cælos, pennæ colúmbæ deargentátæ, * et posterióra dorsi ejus in pallóre auri.

Dum discernit cœlestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon: * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis: * ut quid suspicámini montes coagulátos?

Mons, in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo: * étenim Dóminus habitábit in finem.